

Mani die leryhu 3 Brücke =

(= 44) 1) Sacrobüste, Johannes de

Sphaerionem opus certum.

[Leipzig: bei Walter des Capellans, 1485-1489]

Hain. X 74 295

BMB. III, S. 636.

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

(= 45) 2) Vegius, Mafleris (nicht: Vitorius?)

De veritate et philo lethe

Leipzig: Konrad Kachelofen.

Hain. 24942

Hain X 15929, BMB III S. 632

BMB
III,
S. 623

3. Tibullus, Albinus:

Ec. 8

Elegia de amore et lani Eximio Messalae

(= 46)

Leipzig: Konrad Kachelofen. nicht nach 44 S 27

VERSUS EPITHALAMII,
IN NVPTIAS DOCTRI-
NÆ ERVDITIONE, PIETA-
TIS ET VIRTVTIS LAVDE ORNA-
TISSIMI VIRI, DN. CHRISTOPHORI RV-
digeri, Scholæ in maioribus Salinis Saxo-
nicis moderatoris,

ET

HONESTISSIMÆ, PVDICIS-
SIMÆQVE VIRGINIS, MARGA-
RITÆ, OPT. ET INTEGERRIMI VIRI, AN-
*drea Rudeburgeri, civis Seruestensis, piæ
memoriæ, filia, compositi*

AB

AFFINE ET AMICIS.



SERVESTÆ

Excudebat Bonaventura Faber.

Annò M. D. LXXXVIII.

CARMEN.

*C*antu qui roseos crebro Pallantidos' ortus
M anèciens ales, prouocat ore diem:
H ic inter sterquilinium sibi grana legebat
A cer ubi se offert unio fortè nitens.
R espiciens illum gallus, mihi commod^a certè
R es hac nulla parit tam preciosa, refert.
I pse ego triticei fœtus vel pauca probarem
G rana, forent aluo qua magis apta mee.
S ic equidem brutis licet amplam spernere sortem,
A c simul in damnis ponere lucra sua.
T aliter indigni fermè quoq; commoda magna.
R ident, his rectè nesciaturba frui.
O hebetes hominum sensus, ò pectora caca,
I psi qui prompti sunt sibi causa mali.
P artus at, Affinis, tibi non sine numine Diuum
T u, placeat, facies, unio corde tuo.
H aud tibi gemmiferum eois mare mittet ab Indis
A s similem, regis nulla corona dabit.
O rbis & argento quamuis sit diues & auro,
R egnatq; thesauris multa referta suis:
R oma sed & sanctum preciosum iactitet alta,
V nio mille tamen praualet ille modis.
V nio qui dextra nunc, ò affinis, amanti
D ebetur, thalami lege iubente, tuæ

Sidero.

*S*ideros superat multum spectabilis ignes,
*E*t virtute sua lumina corq; trahit
*R*eddet is afflicta solatia plurima menti,
*B*asia mille feret, grata duella seret.
*V*nde tibi fructus surget dulcissimus, unde
*U*na vanescent cura dolorq; tuus.
*D*ignior haud alius fuit unio te, neq; quisquam,
*R*ectius hoc ipso qui frueretur, erit.
*I*llam nunc manibus, nunc *E*t complectere corde
*G*emmam, sit vitæ viua corona tua.
*G*rator id ex animo: pietas, data dextra, fidesq;
*E*t carum suadet pignus amoris idem.
*E*rgo rudem Rudiger gerat, *E*t Rudeburgias arce
*R*etorsum socia non violenter agat.
*R*ursum conueniunt pulcrè ceu nomina iuncta,
*S*ic vitæ ratio consona semper eat.

M. Erasmus Schneider, Ecclesiæ Bar-
biensis Diaconus.

CARMEN IN EASDEM
NUPTIAS.

*D*Vm nuper viridi spaciarer tristis in horto,
*D*istracto, varias versans sub pectore curas.

Pluri-

Plurimus à tergo subito ferit æthera clamor:
Respicio, mecum reputans quid talia forte
Afferrent, incerta fuit mens speq; metuq;
Ecce Cupido volans rapido velocior Euro,
Atq; humeris gestans arcum, pictamq; pharetram,
Accedit propius pernicipibus impiger alis
Dulciaq; elata depromit gaudia fronte.
Parta meis, inquit, iaculis iam gloria surgit,
Inter Apollineæ cultores maximus artis
Rudigerus multis mea spicula spreuit ab annis:
Nunc tamen est nostris nolens prostratus ab armis
Invalidaq; manus ad fortem porrigit arcum,
Dum lato Sponsæ flammæ sub pectore sentit.
Hæc ubi dicta dedit faciles se tollit in auras
Ocyor & nimbis, & fulminis ocyor alis.
Nunc ergo nunc Sponsæ tibi, Sponsæq; pudicæ
Gratulor, atq; Deum immensum qui condidit orbem
Comprecor, ut ventis ducat tua vela secundis,
Aspiretq; tuis pacato numine ceptis.
O te felicem super omnia vota puellam
Quæ tam præclaro sociaris nupta marito.
Is namq; à puero Phæbum Phæbiq; sorores,
Sedulus ingenio est veneratus semper amore.
Et dum divitias, & opes his maxima terris

Pars

*Pars hominum, fului thesauros querit & auri:
Sponsus Musarum solerti mente secutus
Hortes, è doctis sibi colligit optima libris.*

*Nec non diuitias perituras tempore nullo
Querit, ut ad altos & magnos possis honores
Ire viam, quam non inuita Pallade carpit.*

*Tu quoq; Sponse tua gaude & letare marita
Quæ tibi diuitijs Cræsi sit charior una.*

*Sicut enim genus alituum Pandionis ales
Exuperat totum pulcri dulcedine cantus:*

*Sic animi donis tua Sponsa, & munere forma,
Et propria superat reliquas virtute puellas.*

*Quod superest, longos viuatis suaviter annos,
Efficiatq; Deus vos multa prole parentes,*

Et tribuat longa felicia tempora vitæ,

Et votis maiora suis, quod CNORRIVS optat.

M. Iohannes Knor.

ALIVD.

*B*inis pedum vestigijs,
*Ut ocyus quis auolat,
Quàm qui bacillo claudicans
Artus miser vix sustinet:*

Et plena succi corpora,

Manus

*Manus labore strenua
Ut plus sibi pecunia
Quàm fortè manci congerunt:
Sic qui tori iugalia
Subit pudici gaudia,
Iucundiora cœlibe
Longè potitur commoda.
Quaterna non sic acrius,
Quàm bina, cernunt lumina?
Quaterna non plus præmij,
Quàm bina, querunt brachia?
Fessisq; binis insuper,
An non duo nilominus
Alternâ præstant inuicem
Sic actionis munia?
Asmode cede lectulis
Infeste castis: aufuge
Lacu Gomorrhæ dignior
Orasa fratrum concio:
Quæ iussa Christi reijcis
Et castitatem despicias,
Leges tori quæ discutis
Connubiumq; negligis.
Deus probat connubium:*

Et

Et autor illius Deus,
Connubij vult copula
Functos teneri coniuges.
Quos ipse copulat Deus,
Hos ipso procurat Deus.
Tædis quibus fauet Deus,
His ipse præsens est Deus.
Tu Sponsa Sponsum suscipe,
Pium, modestum, moribus
Cultum, nouem sororibus,
Viris, Deo, gratissimum.
Tu Sponse Sponsam dilige,
Sponsam tuam tam candidam,
Tam lacteam, tam bellulam,
Tam floridam, tam blandulam:
Sic sentietis patrium
Dei fauorem iugiter:
Sic vestra cingent limina,
Fœcunditas, pax, gaudia.
Sic vos beata Trinitas
Ab hoste scæuo protegens,
Rebus leuamen tristibus
Solamen addet anxij.
O auspicate nuptia,

Numen

Numen patris quas sospitat
Natiq³ flumen irrigat,
Flatusq³ lumen roborat.

VOTVM.

V³Erè Mæonides, nihil est prestantius, equis
Quam si vir nupta, nupta, sit, aqua viro.
Hoc, bonè: R³udingere, tibi precor: anne precari
Illi, qui bonus est, & bona, quero, decet?
Plura precor, sobolem, victum, veri³q³ timorem
Numinis: his quatuor si quid abesse putes,
Pythagoræ vanus Quaternio quò superetur:
Illa rogo pietas addat & ipsa Dei.


Georgius Voegelius Notar. P. f. in
maioribus Salinis,



Fa 1388,
80

Ink.

[Faint blue ink scribble]



VS EPITHALAMII,
 TIAS DOCTRI-
 DITIONE, PIETA-
 TVTIS LAVDE ORNA-
 DN. CHRISTOPHORI RV-
 e in maioribus Salinis Saxo-
 cis moderatoris,

ET
 SSIMÆ, PVDICIS-
 VIRGINIS, MARGA-
 INTEGERRIMI VIRI, AN-
 rgeri, civis Seruestensis, pia
 oria, filia, compositi

AB
 E ET AMICIS.



ERVESTAE
 at Benaventura Faber.

M. D. LXXXVIII.